

Salutem a Domino.

126a.

Vellem, Clarissime vir, ea esse valetudine gener meae Her-  
mannus, ut meae ipse tibi reddere coram posset tanta animi  
Laetitia, quantum ego voluptatem ex his ab eo mihi reddi-  
tis percepi. Nunc vero in gravissimum morbum, qui  
ortum ex pleuritis traxit, & cum ardentissima febre con-  
junctus est, ante dies novem incidens, dici non potest  
quam brevi quantum mutatus sit, & quam acerba illi lu-  
sta sit cum hoc epidemio malo, quo multi hinc inde a-  
pud nos absumuntur. Aegrotaverat frater ejus ju-  
nior lethaliter ante ejus adventum, & praecipue dum  
Francoforti hinc abfuit. Reversus statim eundem  
morbum, qui symptomata varia & gravissima ha-  
bet, pressiones cordis, capitis dolores acutissimos su-  
perest nactus. Quo fit, ut pene de ejus salute du-  
bitem, nisi Dei singulari clementia restituatur. Id  
tuam excellentiam scire voluit & par erat, ut pro-  
videres pro tua singulari in nos benevolentia ne ab-  
sentia ejus apud amplissimum Magistratum istius fran-  
di sit: quod te facturum nullus dubito. Salutat ille  
te observanter & ardentem, rogatq; ut his eum  
pijs ad Deum precibus conjunctis cum nostris juves.  
Ego T. Excellentiam functionem Restoratus ex animo  
gratulor, Deumq; precor, ut quam diutissime te  
schola istius illustri incolumem servet. Ubi resti-  
tueatur Hermannus Deo concedente, pluribus ad tuas  
humanitatis & officij, plenas respondebo: nunc ista  
raptim exaravi, cum abiret nuncius. Vale.  
Clarissime vir, & nos quod facis, amare perge.  
Marburgo 26. April. 1610.

T. excellentissimus  
observantissimus  
Eghinus.

*[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and bleed-through.]*

R6.A

1850 - 1860  
1860 - 1870  
1870 - 1880  
1880 - 1890  
1890 - 1900

Clarissimo Viro  
DN. Matthio Marthi-  
nio perillustri Scho-  
lae Bremensis Kellori  
Domino Symytha  
offerendo.

V. B. B. B.